19 F. 5. S. Elisabeth Reg. Vid. dup. c. alb. de Com. non V. ll. 1. n. *Incipit Abdias* ex fer. 6. seq. rel. ass. 9. l. et com. S. M. in L. et M. Gl. Vesp. a cap. seq. (m. ℣ h.) com. praec. c. a.

20 F. 6. S. Felicis Valesii C. dup. c. alb. de Com. non P. ll. 1. n. *Incipit Jonas* ex seq. Sab. rel. ass. In M. Gl. Vesp. seq.

ut in pr. com. praec. c. a
Conclus. hymn. ad Compl et cras de B. M. et sic ℣ ad Prim.
21 Sab. Praesent. B. M. V. dup. maj. c. alb. ut in Br. In M. Gl. et Cr. ac Praef. B. M. *Et te in Praesentatione.* In Vesp. com. seq. et Dom. 5. Novemb. ant. *Super muros* or. Dom. ultim. post Pent. quae est sub num. 24 c. a.
✠ 22 Dom. 26 ultim. post Pent. et 5. Novemb. S. Caeciliae V. et M. dup. c. rub. ut in pr. 9. l. hom. et com. Dom. 24. post Pent. in L. et M. Gl. et Cr. Praef. Trinit. cum Ev. Dom. in fine. Vesp. a cap. seq. ut in pr. com. praec. et Dom. ac S. Felicitatis M. c. r.
23 F. 2. S. Clementis P. et M. dup. c. rub. de Com. un M. et pr. 9. l. et com S. M. in L. et M. Gl. Vesp. a cap. seq. (m. ℣ h.) com. praec. ac S. Chrysogoni M. c. a.
24 (C. S. M.) F. 3. S. Joannis a Cruce C. dup. c. alb. de Com. non P. ll. 1. n. tria Init. 1. l. *Incip.* etc. ex Dom. praec. 2. l. *Incip.* etc. ex fer. 2 praec. 3 l. *Incip.* ex fer. curr. rel. ass. 9. l. et com S. M. in L. et M. Gl. Vesp. a cap seq. com. præc. c. a.
25 F. 4. S. Catharinae V. M. dup. c. rub. de Com. V. et M. ll. 1. n. *Incipit Sophonias* ex fer. curr. rel. ass. In M. Gl. Vesp. a cap. seq. or. pr. com. præc. et S. Petri Ep. et M. c. a.
26 F. 5. S. Leonardi a Portu Mauritio C. dup. c. alb. de Com. non P. ll. 1. n tria Initia 1. l. *Incipit Aggaeus* ex fer. occ. 2. l. *Incipit Zacharias* ex fer. 6. seq. 3. l. *Incipit Malachias* ex seq. Sab. rel ass. in Octav. cum add. ad 6. l. ut in fol. 9. l. et com. S. M. in L. (*In Martyrol* 1. *loco* Fest. SS. Redemptor.) et M. *Os justi* Gl. tres or. pr. Ev. *Designavit* ut 18 Octob. Vesp. seq. ut in Oct. vel in Br. Dom. 3. Jul. com. præc. c. a.
27 F. 6. Fest SS. Redemptoris dup. maj c. alb. Omn. ut in Octav. (ad Prim. ℣ *Qui redemisti*) In M. pr. Gl. et Cr. ac Praef. de Cruce In Vesp. com. seq. c. a.
28 Sab. Vigil. S. Andreae (*jejun.*) Dedicat Basilicar. Ss. Apost. Petri et Pauli (*f. dies ass. heri in Br.* 18 *huj.*) Omn. ut in Br. et in Com. Dedic. Eccl. ll 5. et 6. in Octav. noviss. 9. l.

et com. Vig. *(ant. et ℣ ex Sab.)* in L. *(In Martyrol. 1. loco* Dom. 1. Adv.) M. Gl et Cr. *(in secr. omitt. parenth.)* et Ev. Vigil. in fine. In Vesp. com. Dom. 1. Adv. ut in pr. et S. Saturnini M. c. a

In Metrop. et Colleg. duae Mis. Conv. de Fest. post Tert. sine com. Vigil. et post Non. de Vig. 2. *or.* Concede 3. Eccl. *vel pro* Papa *Praef. commun. et in utraq. Ev. S. Jo. in fine.*

Ab his Vesp. term. Off. cum ant. ALMA REDEMPTORIS ut in Br. et omitt. Suffr. Sanctor. et com. de Cruc. in fer. Off. usq. ad 16 Jan. non vero prec.

Parochi in una ex Dom. Adv. tenent. public. Edict. S. Inquisitionis ut in Syn. pag. 182 et 190, et in altera Summar. Constit. S. Pii V contra blasph. pag. 192.

IN SERO CLAUDUNT. SOLEMNIT. NUPPIARUM

✠ 29 Dom. 1. Advent. (1. cl.) De ea sem. c. viol. ut in Psalt. T. Adv. et pr. (In Off. de Temp. non dic. *Te Deum* sed aliud ℟ et ad Prim. dic. quotid. ℣ *Qui venturus* etc. usq ad Nativ. nisi alit. not.) com. S. M. in L. et M. pr. sine Gl. 3. or. *Deus qui de B. M.* et Cr. Præf. Trinit ac in fine *Bened. Domino.* Vesp. seq. com. Dom. c. r.

Haec Dom. privil. 1. cl. exclud. quodv. Off. 1. cl. ejusq. Mis. In Dom. 2. 3. et 4. Adv. privil. 2. cl. fit tant. Off. 1. cl. occ. cum com. in utrisq Vesp. et L. et M. et cum 9. l. hom. et Ev. de iisd. Dom. in fine. Hod. excl. etiam quaecumq. M. vot. solemn. etiam pro re gravi. *Vid. Not. VI.*

Nota.- Toto T. Adv. licet occ. Off. 1. *cl. non omitt. com. Adv. ant. ad* MAGNIF. *et ad* BENEDICTUS *quotid. pr. In M. Conv. de Temp. (nisi al. not.) Min. cum plan. plic. et non puls. Org. etiam in Vesp. except. Fest Dom. 3. et Vig. Nat. Dom.*

(†) 30 F. 2. S. Andreæ Ap. dup. 2. cl. c. rub. Omn ut in Br. com. fer. in L. et M. Gl et Cr. ac Praef. Apost. In Vesp. com. seq. or. *Praesta... ut qui,* et fer. c. r.

DECEMBER

F Die 7 Ex. pro Conf. Die 9 et 15 id. pro Ord.
1 Fer. 3. S. Ansani M. dup. c. rub. de Com. un. M. ll. 1. n. de scr. occ. rel. ass. in Octav. com fer. in L. et M. *In virtute* Gl. Ev. *Si quis venit.* In Vesp. com. seq. et fer. c. r.
2 F. 4. S. Bibianæ V. et M. sem. c. rub. de Com. V. et M. ll. 1. n. de scr. occ. rel. ass. com. fer. in L. et M. Gl. 3. or. *Deus qui de B. M.* Vesp. seq com. praec. et fer. c. a.
In Metrop. Vesp. seq. or. *Deus qui nos annua* com. præc. et fer. c. r.
3 F 5. S. Francisci Xaver. C. dup. c. alb. de Com. non P. ll. 1. n. de scr occ. rel. ass. com. fer. in L. et M. Gl. Vesp. a cap. seq. or. pr. com. praec. et fer. c. r.
In Metrop. Ss. Jasonis, Mauri et Hilariæ Mm. (*quor. Corp. in ead.*) dup. c. rub. de Com. pl. Mm. ll. 1. n. de scr. occ. rel. de Com. 1. loc. 8 ℟. *Haec est vera frat.* com. fer. in L. et M. *Intret* Gl. post Grad. dic. ℣ *Haec est vera frater.* ut in Missali 26 Junii et Cr. Vesp. a cap. seq. or. pr. com. praec. et fer. c. r.
4 F. 6. S. Barbarae V. et M. dup. c. rub. de Com. V. et M. ll 1. n. de scr. occ. rel. ass. in Octav. com. fer. in L. et M. *Loquebar* Gl. 1. or. pr. Vesp a cap. seq. (m. ℣ h.) ant. in utrisq. *O Doctor* com praec. et fer. ac S. Sabbae Ab. ℣ *Justum* c. a.
In Metrop. Vesp. a cap. seq. (m ℣ h.) com. praec et fer. ac S. Sabbae Ab. ant. et ℣ ex Laud. c. a.
5 Sab. S. Petri Chrysol. Ep. C. et D. dup. c. alb. (*dies ass. In Br. heri*) de Com. P. ll. ass. com. fer. et S. Ab. ℣ *Amavit* in L. et M. Gl. et Cr. In Vesp. com. Dom. 2. Adv. c. a.
In Metrop. S. Francisci Xaver. C. dup. c. alb. (*dies ass. In Br. 3 huj.*) de Com. non P. ll. 1. n. de scr. occ. rel. ass. com. fer. et S. Ab. (*ant. et ℣ ex 1. Vesp.*) in L. et M. Gl. In Vesp. com. Dom. 2. Adv. c. a.

✠ 6 Dom 2. Advent. (2.cl.) De ea sem. c. viol. ut in Psalt. et pr. In M. or. ass. et Cr. ac Praef. Trin. Vesp. seq. (m. ℣ h.) ant. in utrisq. *O Doctor* com. Dom. c. a.

Offic. S. Nicolai transf ad diem 9 huj.

In Metrop. vero ad diem 12 huj.

7 F. 2. S. Ambrosii Ep. C. Doct. dup. c. alb. de Com. P. ll. ass. com. fer. in L. et M. Gl. et Cr. Vesp. seq. ut in Octav. noviss. com praec. et fer. c. a.

Concl. hymn. ad Compl. et per tot. Oct. de B. M. et sic ℣ ad Pr.

✠ 8 F. 3. Immacul. Concept. B. M. V. dup. 2 cl. cum Oct. c. alb. Omn. pr. in Octav. noviss. com. fer. in L. et M. pr. Gl. et Cr. ac Praef. B. M. *Et te in Concept. Immac.* per tot. Oct. nisi alit. not. In Vesp. com. seq. *respective et in Metrop. in qua ant. in utrisq.* O Doctor et fer. c. a.

9 (C. S. ✠) F. 4 S. Nicolai Ep. C. dup. c. alb (*f.* 6 *huj.*) de Com. P. (in ℣ h.) ll. 1. n. de scr. occ. rel. ass. com. Oct. et fer. in L. et M. Gl. et Cr. etc. Vesp. seq ut in fine Br. com. praec. et fer. ac S. Melchiadis P. M. tant. c. a.

In Metrop. S. Petri Chrysol. Ep. C D. dup. c alb. (*dies ass. In Br.* 4 *huj.*) de Com. P. (m ℣ h.) ll. ass. com. Oct. et fer. in L. et M. Gl. et Cr. etc. Vesp. seq. ut supra c. alb.

10 F. 5. Translat. Almæ Dom. Lauret. B. M. V. dup. maj. c. alb. Omn. pr. com. fer. et S. M. tant. in L. et M. Gl. et Cr. ac Praef B. M. *Et te in festivit.* In Vesp. com. seq et fer. tant. c. a.

11 F. 6. S. Damasi P. et C. sem. c. alb. de Com. P. ll. 1. n. de scr. occ. rel. ass. com. Oct. et fer. in L. et M. Gl. et Cr. etc. Vesp. a cap. de infr. Oct. com. praec. ant. *Dum esset* et fer. c. a.

In Metrop. Vesp. seq. (m. ℣ h.) com. præc. et Oct. ac fer. c. a.

12 Sab de 5. die infr. Oct. sem. c. alb. ut in fest. ll. 1. n. de scr. occ. rel. ass. in Oct. noviss. com. fer. in L. et M. ut in die 3. or. de Spir. S. Vesp. a cap. Dom. 3. Adv. ut in pr. com. Oct. c. a.

In Metrop. S. Nicolai Ep. C. dup. c. alb. (*f.* 6 *huj.*) de Com.

P. ll. 1. n. de scr. occ. rel. ass. com. Oct. et fer. in L. et M. Gl. et Cr. etc. In Vesp. com. Dom. seq. et Oct. c. a.

✠ 13 Dom. 3. Advent. (2. cl.) De ea sem. c. viol. ut in Psalt. et pr. Invit. in Offic. de Temp. *Prope est* usq. ad Vig. Nat. Dom. com Oct. in L. (Prima ut in Psalt. sine prec. ℣ *Qui natus* etc.) et M. pr. sine 3. or. cum Cr. ac Præf. Oct. (*In M. solemn. Min. cum Dalm. et Tunic. ac puls. Org.*) Vesp. seq. or. *Intercessio* com. Dom. et Oct. c. a.

Offic. S. Luciæ transf. ad diem 17 huj.

14 F. 2. S. Agnelli Ab. (*ejus Corp. in Metrop.*) dup. c. alb. de Com. non P. ll. 1. n. de scr. occ. 2. n. de Com. 1 loc. 3. n. de Com. Ab. com. Oct. et fer. in L. et M. *Os justi* de Com. Ab. Gl. et Cr. etc. Vesp. seq. ut in 1. Vesp. fest. com. præc. et fer. c. a.

15 F. 3. Dies Oct. Immac. Concept. B. M. V. dup. c. alb. ut in fest. praet. ll. 2. et 3. noct. pr. in Octav. noviss. com. fer. in L. et M. ut in die. In Vesp. com. seq. et fer. c. a.

16 F. 4. Q. T. (*jejun.*) S. Eusebii E. M. sem. c. rub. de Com. un. M. ll. 1. n. de Com. 1. loc. rel. ass. 8. ℟ *Domine praevenisti* 9. l. hom. et com. fer. in L. et M. Gl. 3. or. *Deus qui de B. M.* et in fine Ev. fer. Vesp. seq. ut in pr. com. prae c et fer. c. r.

In Metrop. et Colleg. duae Miss. Conv. una de Fest. post Tert. altera de fer. post Non. et in utraq. 2. or. Deus qu. de B. M. 3. Eccl. *vel pro Papa cum Ev. S. Jo. in fine.*

Hod. post Compl. cess. Oct. pecul. usq. ad Epiph. et si cras esset dies Oct. tunc cess. hod. post Non.

17 F. 5. S. Luciae V. et M. dup. c. rub. (*f. 13. huj.*) Omn. ut in Br. com. fer. ant. *Vigilate* in L. et M. Gl. Vesp. seq. ut in fine Br. com. praec. et fer. ant. O SAPIENTIA prima ex majorib. quæ in fer. Off. duplic. et stando dic. c. a.

Concl. hymn. ad Compl. et cras ac ℣ ad Prim. ut not. in Br.

18 F. 6. Q. T. (*jejun.*) Expectat. Partus B. M. V. dup. maj.

c. alb. Omn. ut in fine Br. 9. l. hom. et com. fer. ant. *Ex quo* or. pr. in L et M. pr. Gl. et Cr. ac Praef. B. M. *Et te in Expectatione* cum Ev. fer. in fine. In Vesp. com. fer. ant. O ADONAI or. Dom. praec. c. a.

IN METROP. In Vesp. com. seq. et fer. ut supra c. a.

(S. Process.)

In Metrop. et Colleg. duæ Mis. Conv. una de fest. post Tert. sine com fer. altera de fer. post Non. c. viol. 2. *or. de B. M.* 3. Ecclesiae *vel pro Papa et in fine utriusq. Ev. S. Jo.*

19 Sab. Q. T. et Vigil. S. Thomæ de qua nihil in Off. (*jejun.*) De eo c. viol. ut in Psal. et pr. Absol. *A vinculis* Bened. *Evang. lect. Divin. Auxil. Ad soc.* Ad Laud. et per hor. tant. ant. *Ecce veniet* etc. ut in fer. 2. pro 4. ant. dic. *Expectetur* etc. ad Benedict. ant. *Quomodo* prec. fer. or. pr. Mis. pr. de Sab. Q. T. 2. or. Vigil. 3. de B. M. et in fine Ev. S. Jo. Vesp. Sab. a cap. Dom. 5. Ad. ut in pr. ad Magnif. ant. O RADIX c. viol.

IN METROP. S. Leonis P. C. sem. c. alb. (*f.* 28 *Maj*) de Com. P. (m. ℣. h.) ll. 1. n. *Fidelis sermo* rel. ass. 9. l. hom. et com. fer. ant. *Quomodo* or. pr. in L. et M. Gl. 3. or. Vigil. et Ev. fer. in fine. Vesp. a cap. Dom. 4. Adv. ut in pr. ad Magnif. ant. O RADIX com. praec. ant. *Dum esset* c. viol.

In ead. Metrop. duae Mis. Conv. de Fest. post Tert. 2 *or.* Deus qui de B. M. 3 Ecclesiae *vel pro Papa, et post Non. de fer. c. viol.* 2 *or. Vigil.* 3. Deus qui de B. M. *et in utraq. Ev. S. Jo. in fine.*

✠ 20 Dom. 4. Adv. (2. cl.) De ea sem. c. viol. ut in Psalt. et pr. ad Bened. ant *Ave Maria* In M. or. ass. et Cr. ac Præf. Trinit. Vesp. seq. ad Magnif. in utrisq. ant. pr. com. Dom. ant O CLAVIS c. r.

(†) 21 F. 2. S. Thomae Ap. dup. 2. cl. c. rub. de Com. Apost. et pr. ad Bened. ant. pr. com. fer. ant. *Nolite timere* in

L. et M. Gl. et Cr. ac Praef. Apost. In Vesp. com. fer. ant. O Oriens c. r.
In Metrop. In Vesp. com. seq. et fer. ant. O Oriens c. r.
22 F. 3. De ea c. viol. ut in Psalt. et pr. Absol. *Ipsius pietas* cum suis Benedict. Ad L. et per hor. tant. ant. *Rorate* ex fer. 3. ad Bened. ant. *Consurge* or. et Mis. Dom. praec. Vesp. de ead. ad Magnif. ant. O Rex c. viol.

Nota. Temp. Adv. Mis. Conv. de fer. can post Non. licet non jejun. et Chor. genufl. ad or. et quando resum. Mis. Dom. praec. in Grad. omitt. Allel. et ℣ seq. ac Cr.

In Metrop. Ss. Cosmae et Damiani Mm sem. c. rub. (*f.* 27 *Septemb.*) de Com. pl. Mm. ll. 1. n. de scr. occ. rel. ass. com. fer. in L. ant. *Consurge* et in M. Gl. 3. or. *Deus qui de B.M.* Vesp. a cap. seq. com. praec. et fer. ant. O Rex c. r.
23 F. 4. De ea c. viol. ut in Psalt. et pr. Absol. *A vinculis* Bened. *Ille nos benedic. Div. auxil. Ad soc* Ad L. et per hor. tant. ant. *Prophetae* ex fer. 4. ad Bened. ant. *Ecce completa* M. ut heri. Vesp. de ead. ad Magnif. ant. O Emmanuel c. viol.
In Metrop. Ss. Chrysanthi et Dariae Mm sem. c. rub. (*f.* 25 *Octobr.*) de Com. pl. Mm. ll. 1. n. de scr. occ. 2. n. 4. et 5. lect. pr. in Br. 6. l. de Com. 1. loc. 3. n. in Octav. com. fer. ant. *Ecce completa* in L. et M. Gl. 3 or *Deus qui de B. M.* In Vesp. com fer. ant. O Emmanuel c. r.

A die crastina et per tot. Oct. Nat. Dom. prohib. Mis. vot. et Def. eorumq. Anniv. except. Mis. solemn. praes. Cadav. quae vet. tant. die Nat. Dom. et solemn. in dieb. 3. 7. et 30. et Anniv. quae vet. tant. cras et seqq. fest. de praecept. sicut etiam cras vet. M. solemn. vot. pro re gravi. Vid. Not. I. II. III. et VI.

24 (C.S.M.) F. 5. Vigil. Nat. Dom. (*jejun.*) De ea. c. viol. ut in Br. Absol. *Exaudi* Bened. *Evang. lect. Div. Auxil. Ad soc.* ad L. incip. Off. dup. (*Martyrol. inc. st. ad verb.* In Bethlem Judae *omn. genufl. except. Lect. usq. ad* secund. carnem) Mis. pr. ritu dup. sine Gl. sine Collect. et sine Cr. Grad. ut not. in Missal. (*Post Non. expir T. Adv:*

cant. M. solemn. Min. cum Dalm. et Tun. in Ch. non genufl ad or. dic. Ben. Domino *et puls. Org.*) Vesp. seq. ut in pr. c. a.

Concl. hymn. ad Compl. et ad omn. hor. usq. ad Epiph. Jesu etc. *et ad Prim.* ℣ Qui natus etc.

Ab his Vesp. usq. ad Purific. post ant. Alma Redempt. *dic.* Post partum *et or.* Deus qui salutis.

(S. Mat et Miss. in hac nocte)

Nota. Ante med. noct. incipi non potest. M. Conv. post quam celeb. non poss. aliae duae, nec a quov. Sac. alia Miss. priv. ant. aur. nec sacr. Poenit. mulierib. nec SS. Euch. fidel. etiam relig. seu regul. minist. potest. Quando vero administ. SS. Euch. praet. noct. Nat. Dom. admin. potest hora in qua Miss. celeb. permitt. vel ad form. indulti vel ad form. Rubricae juxta Decr. S. R. C. 7 Sept. 1816.

Cras vet. Mis. in Orat. priv. Vid. Not. IX.

Cras licet vesci carnibus. In Cap. *explicari* de observ. jejunii.

✠ 25 F. 6. SOLEMN. NAT. D. N. J. C. dup. 1 cl. cum Oct. privil. c alb. Omn. ut in Br. Hod. celeb. 3. Mis. pr. cum Gl. Cr. Praef. et *Communic.* pr. per tot. Oct. In 1. Mis ad *Communic.* dic. *Noctem sacratiss.* in 2. M. fit com. S. Anastasiae M. et in his duab. Miss. non sum. Purific. nec absterg. Calix, qui semp. pon. sup. Corpor. vel sup. Pall. sed abl. dig. in aliq. vase mundo cum or. *Quod ore* quae dic. in med. Alt. man. junct. et *Corpus tuum* dum digit. lav. In 3. Mis. sumpto Sacr. sum. Sac. ex ead. Calic. parte purif. inde abl. digit. e vase mitt. in Cal. et sum. ac posq. absters. Cal. absterg. et purif. etiam vas in quo fuit ablut. digit. et in fine huj. 3. Mis. leg. Ev. Epiph. Item in 2. et 3. Mis. ad obl. Host. non pon. Calix sup. nud. tobal. sed vel Palla supp. vel elat. ten. (*In omn. M. solemn. dum can.* Et incarnatus *Celeb. et omn. genufl. utr. gen.*) In Vesp. com. seq. ut ibi c. a.

(S. M. et Vesp.)

Qui un Mis. celeb. dic tert nisi celeb. in noct. vel ante aur. Item Sac. cecut. qui hab. ind. celeb Mis vot. de B. M. non

Digitized by Google

pot. 3. *Mis. vot. celeb.*

De Oct. Nat. Dom. quolib. occ. fest. fit semp. com.

Uno ex dieb. fest. Nat. Par. ten. pubblic. *Edict. de Doctr. Christ.* Syn. p. 167. et alt. ex iisd. Fest. *Summar. Indulg. Conf. Doctr. Christ.* Syn. p. 180.

(†) 26 Sab. S. Stephani Protom. dup. 2. cl. cum Oct. c. rub. ut in Br. (*hod, et cras rit. solemn. in Ch*) com. Oct. Nat. in L. et et M. Gl. et Cr. etc. Vesp. Nat. a cap. S. Steph. com. seq. et Oct. c. r.

✠ 27 Dom. (*vacans*) S. Joannis Ap. et Ev. dup. 2. cl. cum Oct. c. alb. ut in Br. com. 2. Oct. in L. et M. Gl et Cr. Praef. Nat. Vesp. Nat. a cap. S. Joan. com. seq et Oct. Nat. ac S. Steph. c. a.

(†) 28 F. 2. Ss. Innocent. Mm. dup. 2. cl. cum Oct. c. viol. ut in Br. omitt. *Te Deum* cuj. loc. dic 9. ℟. com. 3. Octavar. in L. M. sine Gl. dic. Grad. om. ℣ seq. et *Allel.* dic. Tract. Cr. et in fine *Bened Domino* (*In M. solemn. Min. cum Dal. et Tunic. ac puls. Org etiam in Vesp.*) Vesp. Nat. a cap. Ss. Innoc. com. seq. et Octavar. c. viol.

29 F. 3. S. Thomae Ep. M. sem. c. rub. de Com. un. M. ll. ass. com. 4. Oct. in L. et M. Gl. et Cr. etc. Vesp. Nat. ritu sem. a cap. Dom. inf. Oct. ut in Br. com. praec. et 4. Oct c. a.

Nota. Seq. die recurr. Anniv. dies ab anno 1849 Consecr. Illustriss. et Reverendiss. DD. Julii Arrigonii Archiep. nostri, ex cuj. jussu ab omnib. Sac. tam saecul quam regular. 6. loc. dic. sunt in Mis. or. *Deus omn. fidelium* etc. ut in M de Anniv. consecr. Ep. et in Metrop. post Non. can. M. solemn. de ead. consecr. Ep in c. a. Gl. un. or. et Cr. ac. Praef. et *Communic* de Nat. et in fine *Ite Mis. est.* Omn. vero de Clero Deum pro incolumit. ac felic. pastor. regim. Dominat. Suae Illustriss. et Reverendiss. exorent.

30 F. 4. de Dom. inf. Oct. Nat. sem. c. alb. ut in die et

pr. com. 4. Oct. in L. et M pr. Gl. et Cr. etc. Vesp. Nat. ritu dup. a cap. seq. com Dom. et 4. Oct. c. a.
(†) 31 F. 5. S. Silvestri P. C. dup. c. alb. de Com. P. et pr. com. 4. Oct. in L. (*Luna in Martyrol. hod. et per tot. seq. ann.* 1875. *pron. sub. littera D maj.*) et M. Gl. et Cr. etc. Vesp. de Circumcis. Dom. absq. ulla com. c. a.

LAUS DEO
DEIPARÆQ. VIRGINI MARIÆ SINE LABE CONCEPTÆ
AC DIVO MARTINO LUC. ECCLESIÆ
PATRONO

Digitized by Google

ORDO serv. in celebrand. M. votivis

Missa Votiva	Col.	Miss.	Gloria	Orat.	Cr.	Præf.	In fin
De SS. Trinit.	Alb.	Prop	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Om.	Propr.	Bened Dom.
De Sp. Sancto	Rub.	Prop	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Om.	Propr.	Bened Dom
De SS. Sacr.	Alb.	Prop	Omitt.	2. et 3. diei cur.	Om.	De Nativ.	Bened Dom.
De Passione	Viol.	Prop	Omitt.	2. et 3 diei curr.	Om.	De Cruce	Bened Dom.
De S. Cruce	Rub	Prop	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Om.	De Cruce	Bened Dom.
De B.M.V.	Alb.	Prop	Omitt. nisi Sab.	2. diei curr.3. de Sp.S	Om.	Propr.	Ben. D in Sab Ite Mis
De Angelis	Alb.	Prop	Semp. dicitur	2. et 3. diei curr.	Om.	Comm.	Ite Mis est
De Apost.	Rub.	Prop	Omitt.	2. diei curr.3. de Sp.S	Om.	De Apost.	Bened Dom.
Pro quac. necess.	Viol.	Prop	Omitt.	2. diei cur. 3. de S.M.	Om.	Comm.	Bened Dom.
Votiva Sanctorum	ut in eor. Fest.	Prop aut Com.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Om.	Comm.	Bened Dom.

In fine semp. dic. Ev. S. Jo. ex Decr. S. R. C. 29. *Jun.* 173(
In M. Vot. de Ap. si 3. *or. sit* A cunct. *ejus loc. dic. or.* Concede

MONITUM

Excellentia Sua R.ma D. D. Archiepiscopus hujus Diœcesis Lucensis per Epistolam Pastoralem datam idibus Novembris anni 1860 omnibus et singulis suæ Diœcesis Parochis, Canonicis, Cappallanis Beneficiatis et Sacerdotibus sequentia præcepit ac mandavit scilicet:

1. Ut omnes et singulæ Synodi Diœces. Fabii de Colloredo Constitutiones quoad Exercitia spiritualia ab ecclesiasticis viris peragenda in suo pleno robore et vigore serventur.
2. Quæ a Praedictis Constitutionibus Exercitia spiritualia Sacerdotibus ad animarum curam assumptis præcipiuntur, ea in aliqua pia vel religiosa Domo ab Archiepiscopo designanda vel adprobanda peragantur. Quopropter nullus Parochialis Ecclesiæ possessionem accipiat nisi prius authenticam Curiæ Archiepiscopali attestationem exhibuerit de spiritualibus Exercitiis in sacro recessu peractis.
3. Ut omnes hujus Diœcesis animarum Rectores, Canonici, Beneficiati, Confessarii et Sacerdotes quinto saltem quoque anno, sub poena suspensionis a divinis *ipso facto* incurrenda post elapsum Quinquennium, spiritualibus Exercitiis per octo saltem dies in aliqua religiosa Domo dent operam, omni abjecta exteriori cura etiam animarum, quam tamen prius alteri Sacerdoti ab Archiepiscopo adprobando committant. = De Sanctis autem Exercitiis ita peractis attestatio authentica Curiæ Archiepiscopali exhibeatur intra mensem ab elapso Quinquennio.
4. Tertium Quinquennium iam initium habuit Kalendis Januarii an. 1871, atque suum complementum habebit die 31 Dec. anni 1875.

DECRETUM

URBIS ET ORBIS

Ex Audientia SS.mi die 18 *Septembris* 1862.

Est hoc in more positum quod ab animarum Pastoribus Sanctissimum Eucaristiae Sacramentum in aliquibus tantum infra annum praecipuis festivitatibus ad fideles habitualiter infirmos, chronicos, ob physicum permanens aliquod impedimentum e domo egredi impotentes solemniter deferatur, proindeque hujusmodi fideles tot Plenariis Indulgentiis privantur, quas consequerentur si conditionibus injunctis adimpletis ad Sacram Eucaristicam Mensam frequentius possent accedere. Itaque quamplures animarum Curatores, aliique permulti Ecclesiastici Viri humillimas preces porrexerunt Santissimo Domino Nostro PIO PP. IX ut de Apostolica benignitate super hoc providere dignaretur, factaque per me infrascriptum Secretariae S. Congregationis Indulgentiarum Substitutum Eidem Sanctissimo de his omnibus fideli relatione in Audientia habita die 18 Septembris 1862, Sanctitas Sua spirituali gregis sibi crediti utilitati prospiciens clementer indulsit ut praefati Christi fideles, exceptis tamen illis qui in Communitate morantur, acquirere possent omnes et singulas Indulgentias Plenarias jam concessas vel in posterum concedendas, quasque alias acquirere possent in locis in quibus vivunt, si in eo physico statu non essent, pro quarum acquisitione praescripta sit Sacra Communio et visitatio alicujus Ecclesiae vel publici Oratorii in locis iisdem, dummodo vere poenitentes Confessi, ac caeteris omnibus absolutis conditionibus, si quae injunctae fuerint, loco S. Communionis et Visitationis alia pia opera a respectivo Confessario injungenda, fideliter adimpleant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum.

Loco ✠ Signi

F. CARD. ASQUINIUS PRAEFECTUS
A. ARCH. P. PINZIVALLI SUBSTITUTUS

NECROLOGIUM CLERI

A die 1. Decembris 1872 ad 4 Decembris 1873.

Die — MENSE DECEMBRIS 1872

19. Benetti Joseph Par. de Corsanea

MENSE JANUARII 1873

1. Merli Raphael Cler. de Luca
22. Castiglioni Joannes Subd. de Luca

MENSE APRILIS

4. Barsotti Matthæus Sac. de Nocchi
25. Picchi Jo. Dom. Par. de Carraja

MENSE JUNII

11. Pinochi Paulus Par. de S. Columbano
21. Pieretti Paschalis Sac. de Lammare

MENSE AUGUSTI

3. Bertolucci Petrus Pleb. de Sexto
5. Maffei Salvator Cler. de Luca
8. Zapelli Jo. Franciscus Can. S. Paulini
18 Marcheschi Joseph Sac. de Colle Computi

MENSE SEPTEMBRIS

5. Tani Michaelangelus Sac. de Plebe S. Pauli
23. Gemignani Archangelus Par. de Pedona
24. Bertolucci Clemens Sac. de Capannore
26. Dini Salvator Cap. Benef. S. Paulini

MENSE OCTOBRIS

1. Dinelli Aloisius S. J. Sac. de Pedona

MENSE NOVEMBRIS

12. Prosperi Joachim Par. de S. Anna
20. Arrighi Gregorius Par. de Fiano
25. Giusti Angelus Sac. de Marlia

MENSE DECEMBRIS

4. Paladini Paschalis Sac. de S. Petro ad Vicum.

CHRISTE AUCTOR RELIGIONIS
A QUO OMNIS AUCTORITAS SACRI ORDINIS
SACERDOTIO TUO, VITAQUE SANCTE DEFUNCTIS
BENIGNE INDULGE

Ordinati a QQ. TT. Decembris 1872 inclusive usq. ad QQ. TT. Septembris 1873 inclusive
Ad Subdiac. XIV. Ad Diacon. VI. Ad Presb. IX.

CASUS DISPUTANDI HOC ANNO 1874

In Congregationibus Parochorum aliorumque Ecclesiasticorum Lucanae Civitatis et Dioecesis.

R.MUS D. D. JOACHIM LOMBARDI

In S. Theologia Doctor, et Ecclesiae Metrop. Canonicus Theologus

Die 8 *Januarii*

I. Apostolus ad Romanos Cap. 2. habet: -- *Gentes naturaliter ea, quae legis sunt faciunt.... Ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis... Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt...* Ad Rom. autem cap. 4. v. 15. ait: -- *Ubi non est lex, nec praevaricatio.* His positis.

Quaer. 1. Quomodo intelligantur, simulque concilientur allati textus. 2. an praeter legem naturalem, in rebus moralibus necessaria praeterea sit Lex divina positiva, et supernaturalis revelatio.

II. Ad poenitentiae Sacramentum accedit Anselmus, et confitetur se in adolescentia sua actus quosdam turpes perpetrasse, eosque postea in confessione reticuisse. Interrogatus a Confessario, cur ita se gesserit, respondet, se id ex ignorantia peccati fecisse.

Quaer. an ei fides a Confessario adhibenda sit, vel potius ad iterandas confessiones obligandus.

Die 15 *ejusd. mensis*

III. Opera Bernardi Van-Expen Canonistae Lovaniensis, et Justini Febronii, et Joannis Nepom. Nuytz retinet, et legit Olyntus, et ex iis passim argumenta, seu potius sophismata depromit ad Ecclesiae auctoritatem labefactandam, talesque Auctores ac juristas honoris causa citat.

Quaer. Quid de praefatis operibus, et quid de Olynto.

IV. Cum in extremis omnia bona sint communia, ideo Fa-

bius generatim affirmat possessorem tum bonae, cum malae fidei, qui re aliena in extrema necessitate usus est, vel eamdem consumpsit, ad nihil amplius teneri, et semper et in omni casu ab omni restitutionis onere liberari.

Quaer. Quid de hac doctrina?

V. Ut lucretur indulgentiam Altaris privilegiati, Sacerdos diebus non impeditis Missam celebrat de *requiem* cum paramentis violaceis.

Quaer. an indulgentiam consequatur.

R.MUS D. D. JOSEPH GELLI
Sacræ Theol. Doctor
et Ins. Coll. ac Paroch. Eccl. S. Alexandri Maj. Prior.

Die 22 Januarii

I. Non desunt Parochi, et Confessarii qui Infirmis facile concedunt, ut S. Communionem devotionis gratia statim post mediam noctem suscipiant; e contra illis non ieiunis SS. Viaticum negant, nisi eorum mors prorsus certa atque imminens existat.

Quær. an huiusmodi praxis concors sit Ecclesiae legibus, ac Theologorum doctrinis.

II. Neminem latet hac nostra aetate perplures ruricolas puellas vel necessitatis gratia, vel lucri amore, vulgo *per far fortuna*, paternam domum deserentes huc et illuc pergere, ut divitibus famulatum præstent; ideo

Quær. 1. an liceat Catholicis cuiuscumque famulatum acceptare; 2. quid muneris sit parentibus circa filias de quibus in casu; 3. quid ad earum Parochos praesertim originarios spectet.

Die 29 ejusd. mensis

III. A sacrorum canonum Magistro plura quoad Missam pro populo Neoparochus inquirit, videlicet 1. an diebus

festis dictam Missam valeat alii sacerdoti intra, vel extra Parochiam committere; 2. an, cum data venia a S. Tridentino Concilio e Paroecia abest, liber sit ab illa applicanda; 3. an possit ipse quo degit loco illam applicare; vel 4. huic oneri debeat in Parochia satisfacere per suum substitutum, aut per alium.

Reponat Magister.

IV. Lis orta est Parochum inter et Medicum de *Craniotomiae* honestate, utrum nempe liceat infantem in materno claustro degentem occidere, ut matris vita servetur, Medico affirmante, Parocho quibusdam moralibus principiis freto negante.

Quaer. cuinam eorum in praxi sit adhaerendum.

V. Petrus progressus Romam inde fulit, vel ab amico Roma regressus accepit plures cruces, coronas, numismata etc. a Sum. Pontifice benedictas.

Quaer. an Petrus huiusmodi pia obiecta gratis distribuere possit cum indulgentiis adnexis; et quatenus affirmative, num qui illa ab eo recepit, item cum indulgentiis eadem possit aliis vel donare, vel dare commodata; denique an uterque possit illa vendere.

R. D. D. FRANCISCUS FABBRI

In Ven. Seminario Archiep. Theologiae Moralis Prof.

Die 5 Februarii

I. Quia Bartholomæus filiusfamilias multa habebat debita, vix mortuo patre ficte mutuatur pecuniae summam, et hypotheca ficto mutuanti illam tuetur, ne haereditas in perditionem a creditoribus mandetur, aut ne ipse et sua familia necessariis alimentis destituatur.

Quaerit. an iustitiam offendat.

II. Cum Joannes rem determinatam titulo mutui vel com-

Digitized by Google

modati a Francisco habuisset, ut obeat restitutionem eam tradit famulo suo aut Francisci. Sed famulum iter facientem latrones expoliant.

Quaerit. an Joannes iterum restituere teneatur.

Die 16 Aprilis

III. Trochillus centum aureos cum postulasset a patre ut in Americam lucri gratia se conferret, quia ipse pecuniam non habebat in promptu summam filio tradendam in mutuum accepit. Sed dum filius in America lucrabatur, pater domi pauca quæ habebat bona in praeiudicium creditorum dissipavit.

Quaerit. an filius rediens in patriam debita patris solvere teneatur.

IV. Petrus magnam frumenti quantitatem furatus est; et quia timebat infamiam vendidit illud post moltos menses, aut ad mercatum e sua regione longinquum cito contulit.

Quaer. an restituere debeat quantum vendidit ipse, aut quantum vendidisset dominus.

V. Marcellinus errore ductus recitavit officium crastinum pro illo diei.

Quaer. an cras recitare debeat officium diei currentis, vel potius iterum illud praecedentis.

R. D. D. DOMINICUS DI GRAZIA

Ven. Seminarii Archiep. Rector

Die 23 Aprilis

1. Henricus autumat actum exteriorem nil bonitatis et malitiæ actui interiori addere. Idcirco cum peccata sua in sacramentali confessione pandat, actum internum tantummodo confitetur quin ullam mentionem de externa rei malæ consummatione faciat.

Digitized by Google

Quid sentiendum de hac doctrina et praxi?

2 Philippus equum emit pecunia Petri. Item Paulus, cum mandatum habeat ab Alberto nonnullas ejus merces vendendi, eas sibimetipsi vendit atque vindicat pretio medio vel infimo. Dein nomine proprio easdem denuo aliis vendit pretio summo.

Quaer. in primo casu num Philippi vel Petri sit equus, et cui pereat, si aliquo casu pereat. Quær. vero in secundo num Paulus juste egerit.

Die 30 ejusd. mensis

3. Contractum societatis duo per triennium iniverunt, quorum unus ad commune lucrum pecuniam, alter vero industriam atque laborem contulerunt. Exacto triennio atque finita societate lucrum socii dividere volunt; ast cum in rebus gerendis damna occurrerint ac expensæ, disputant hinc inde cui hæc pure tribuenda sint. Ideo

Quær. 1. quomodo dividenda sint damna; 2. expensæ; 3. lucrum.

4. Anna vidua votum fecit se per decennium carnibus abstinere omnibus sextis feriis. Id votum per quiquennium servavit. Ast, cum postea transisset ad secundas nuptias, votum servare prohibita est a marito, qui insuper illud irritavit.

Quær. an maritus votum Annæ irritare potuerit, ac proinde an ipsa ab observando voto libera sit.

5. Disputant inter se Plebanus et Capellanus cujusdam pareciæ utrum clericus SS. Sacramentum thurificare possit, dum eo super populum benedictio datur. Pariter disputant utrum tempore natalitio sacra Divini Infantis imago principe loco super altari exposita duplici vel triplici ductu thurificanda sit.

Cui ratio?

R. D. D. ALOISIUS FROSINI
in Ven. Seminario Archiep. Institutionum U. I. Prof.
Die 7 Maii

I. Hisce miserrimis temporibus, cum Ecclesia et Status civilis, in pluribus inter se dissentiant, nonnulli pseudopolitici, qui *separatistae* vocantur, ad tollendas inter Statum, et Ecclesiam pugnas, et contentiones, Ecclesiam a Statu, Statumque ab Ecclesia seiungendum esse absolute proclamant.

Quare demonstretur 1. hanc separationem dari non posse in Statu catholico, quin Status ipse catholicam doctrinam deneget: 2. ex hac separatione, damna plurima tum Ecclesiæ, tum Statui civili imminere.

II. Petrus, Theclam filiam suam, ad matrimonium ineundum, vel ad professionem religiosam in aliqua approbata Religione emittendam, compellit.

Quæritur 1. an tale matrimonium validum sit, et an valida sit etiam Professio religiosa: 2. an Petrus in utroque casu, excomunicationis poenae subiaceat.

Die 21 ejusd. mensis

III. Quidam Parochus, tempore pestis, timore perculsus non per se, sed per alios idoneos sacerdotes fidelibus suae Paroeciae aegrotantibus, sacramenta administrat, vel quidem a propria Paroecia discedit, relictis tamen in illa sacerdotibus, qui suas vices gerant.

Quæritur. 1. an dictus Parochus tutus in conscientia esse possit: 2. an in casu absentiae aliquid restituere teneatur.

IV. Quidam Confessarius nullam habens facultatem in reservata, scienter, vel ignoranter absolutionem impertit mulieri, quæ confitetur sibi abortum procurasse, ad infamiam evitandam.

Quæritur 1. an dicta mulier pro abortu perpetrato, reservationem, et excomunicationem incurrerit. 2. an in ca-

su, a reservatione absoluta evaserit: 3. an Confessarius in poenam excomunicationis inciderit.

V. Sacerdos quærit a sacræ Liturgiae magistro 1. cur in altari Sanctorum Reliquiae reponantur: 2. an altare suam consecrationem amittat, amittendo Reliquias ibidem reconditas: 2. an in altaris consecratione hæc Reliquiarum depositio necessaria sit

Respondeat Magister.

ADM. R. P. HENRICUS ROSA

Ord. Min. Reg. Observantiae S Francisci

Sacrae Theologiae Lector jubilatus

Die 28 Maii

I. Fabius Capellanus, confessiones aliquorum poenitentium audire renuit, huic soli innixus rationi, quod Alexander Parochus, cui illi poenitentes solent confiteri, hoc aegerrime sustineat; Parochus enim ex illis est, qui si deserantur a suis poenitentibus, praesertim mulieribus, contristantur. Capellanus ergo timens, et merito, ne in posterum torvis oculis aspiciatur, eosdem audire detrectat.

Quaer. 1. An bene se gerat Capellanus. 2. Quid de Parocho Alexandro?

II. Alter vero Sacerdos, in Ecclesiam advocatus, ut confessionem alicujus faeminae excipiat, illo oneri se subtrahit, quia tempus sibi deficere dicit, seu aliquo urgenti detineri negotio; sed revera quia alias experentia novit, eam esse prolixam, taediosam; vel quia graves tentationes, jam alias eam audiendo expertus est, et putat sibi periculosum esse si iterum eam audiat.

Quid de hac Sacerdotis agendi ratione.

Die 18 Junii

III. Ad substantialem sacramentorum integritatem, sufficere solam intentionem externam, contendit Petrus. Pariter in ipsorum administratione, persaepe materia, et forma dubia utitur, nec tamen peccare putat, nec in praxim deducere propositionem sub *n.* 1. *ab Inn. XI.* damnatam, quia auctores damnatae thesis de probabilitate speculativa loquuntur, minime vero practica.

Quaer. Quid de Petri opinione, agendique modo?

IV. Saphira sacrum, festis diebus audire frequenter omittit; nec inde omissionem suam opinatur culpandam, quia ita se gerit, vel ad sedandas domesticas rixas, vel infirmos curandos, vel demum ne laqueo sit, et scandalo cuidam juveni, quem sui amore incensum certe novit.

Quaer. Rectum ne Saphirae judicium?

V. *Sacerdos* junctis manibus.... vertit se ad populum... et voce aliquantulum elata dicit — *Orate fratres. Rub.* Quidam neosacerdos scire cupit a Caeremoniarum Magistro. cur sensibili voce incipiendum sit *Orate fratres.* 2. Cur perficiendus circulus. 3. Cur orationes quae sequuntur vocentur *Secretae*?

Respondeat Magister.

ADM. R. PATER DAMIANUS A MONTEFEGATESI

Ord. Min. Strict. Observ. S. Francisci

Lector Theol. Dogm. atque Moralis

Die 25 Junii

1. Vix dici potest, aiunt increduli et rationalistæ, quam catholica fides ob auctoritatis principium, cui tota quanta est innititur, scientiis ac progressui sit exitiosa. Auctoritas enim quosdam limites signans, quos prætergredi ne-

fas sit, humanæ rationis evolutionem ac perfectibilitatem continuo præpediat oportet cum immenso scientiarum detrimento. Quæ quidem mala, inde etiam pejora evadunt, quod cum auctoritas timida semper sit ac suspiciosa, ubique in Fidei doctrinam molitiones et insidiæ parari sibi videntur. Hinc librorum prohibitorum Index, quo tot summi pretii opera interdicta fuere, quemadmodum et sævæ illæ insectationes in præclarissimos viros, qui, scientiarum amore fragrantes, se ad inventiones pretiosas, atque perutiles evehere ausi sunt. Sufficiat hic commemorare Galilæi carcerem, qui adhuc contra Romanæ Inquisitionis iniustam vexationem inclamat.

Refutentur hæc rationalistarum commenta.

2. Blasius contra Parentum voluntatem civiliter contraxit cum Liduina, et paulo post eam pertæsus, Matrimonium cum Delphina Liduinæ consanguinea celebravit.

Quaer. an hujusmodi Matrimonium sit validum?

Die 2 Julii

3. Petronilla, cui a proprio viro relicta fuerat annua pensio sub conditione: *si caste vixisset*, ad alia vota transivit; sed Matrimonium ecclesiasticum celebravit, eo neglecto quod civile appellant; vel vicissim, civiliter tantum, non autem ecclesiastice contraxit.

Quær. an possit Petronilla ejusmodi pensionem percipere?

4. Petrus vocatus hæres per testamentum, quod irritum declaratum fuit, eo quod confectum esset dum alia lex vigeret et mors Testatoris evenerit post actualis Codicis promulgationem, plura clam subtraxit tum ante, tum post Testatoris mortem. Insuper rem magni valoris apud se retinet, quam ab ipso Testatore titulo donationis mortis causa acceperat.

Quær. an Petrus tutus sit in conscientia?

5. Sacerdos novellus quærit a Cærimoniarum Magistro an

in Oratoriis privatis possit intra Missam SS. Eucharistia distribui; et quatenus negative, an valeat Ordinarius necessariam facultatem concedere?

Respondeat Magister Cæriinoniarum.



Digitized by Google

CONGREGATIONES IN CIVIT. HABEBUNTUR

CORAM ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. ARCHIEPISCOPO

Noverint omnes Parochi et Confessarii qui statutis diebus respective accedere debent ad Casuum Congregationes, quod si munus suum neglexerint adimplere, absque alia citatione in libro condemnatorum adnotabuntur et pœna plectentur suspensionis a sacris faciendis et a confessionibus excipiendis. *Si vero aliquo impedimento detenti excusari se anticipate petierint, pro ista vice excusabuntur, dummodo proxime subsequenti Congregationi accedant, et respondeant ad Casus occurrentes si sors supra illos ceciderit, eo quia in Urna conservabuntur etiam eorum nomina. At si impedimentum hujusmodi non cessaverit, vel aliud supervenerit, denuo secunda vice excusationem ut supra postulent et tamen illa obtenta ad tertiam immediate consequentem Congregationem sese conferant cum onere supraposito respondendi sine alia excusatione, quæ deinceps non admittetur, sed irremissibiliter negligentes condemnabuntur. Sciant insuper, quod si aliqua Congregatio impedita vel intermissa fuerit, omnes qui ad illam tenebantur accedere, primæ Congregationi habendæ, cujus Casus simul discutientur, debeant ordine supradicto interesse.*


In Diœcesi vero serventur inviolabiliter Regulæ Eminentiss. Spinola lib. 4. c. 4. ac ea quæ in postrema Synodo Part. 2. c. 6. et Part. 3. c. 2. præscripta sunt; negligentes vero pœnis prædictis irremissibiliter plectentur; *et super praemissis oneramus conscientiam Priorum Classium, et omnium eorum ad quos quomodolibet spectat.*


Datum Lucæ ex Archiep. Palatio die 1. Januar. 1874.

C. BISCOTTI *Canc. Archiep.*

Digitized by Google

9 GEN 1874
272268





Digitized by Google